R. GOSCINNY **Asterix** A. UDERZO

Iter Gallicum

composuit:
RENÉ GOSCINNY

pinxit:
ALBERT UDERZO

in Latinum convertit:
RUBRI-CASTELLANUS



ehapa COMIC COLLECTION EGMONT


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!

GOSCINNY ET UDERZO
NOVUM PERICULUM
ASTERIGIS ET OBELIGIS PRAEBENT

ITER GALLICUM

composuit: **RENÉ GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

„Iter Gallicum"
von Goscinny und Uderzo
Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Originaltitel: „Tour de France"

Nachdruck 2008
EHAPA COMIC COLLECTION
verlegt durch die Egmont Verlagsgesellschaften mbH
Gertrudenstr. 30-36, 50667 Köln
Verlagsleitung: Georg F.W. Tempel
Verantwortliche Redakteurin: Alexandra Germann
Lettering: Gross und Dinter, Stuttgart
Gestaltung: Uli Faas
Buchherstellung: Sarah Fritsche

© 1965 GOSCINNY-UDERZO
Copyright der ersten Veröffentlichung in lateinischer Sprache:
© 1978 DELTA VERLAG GMBH
Copyright der vorliegenden Ausgabe:
© 2008 EGMONT FOUNDATION / EGMONT EHAPA VERLAG GMBH, Berlin
Beratung in Lizenz- und Autorenfragen: Michael F. Walz
Druck und Verarbeitung: sachsendruck GmbH, Plauen
ISBN 978-3-7704-0055-3


Wer mehr über Asterix und Obelix erfahren möchte -
hier werden alle Gallierfreunde fündig:
www.asterix.de
http://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de



ANNO A.C.N.L: TOTA GALLIA, QUAE, UT VIDES, EST DIVISA IN PARTES QUINQUE, A ROMANIS OCCUPATA EST... TOTANE? MINIME! VICUS QUIDAM A GALLIS INVICTIS HABITATUS INVASORIBUS RESISTERE ADHUC NON DESINIT. NEQUE VITA FACILIS LEGIONARIIS ROMANIS, QUIBUS SUNT CASTRA BENE MUNITA BABAORUM, AQUARIUM, LAUDANUM, PARVIBONUMQUE...



QUIDAM GALLORUM



ASTERIX HEROS NOSTER EST, QUI SUBIIT HAEC PERICULA. EI VIRO BELLICOSO HUMILI STATURA INGENIOQUE CALLIDO OMNIA PERICULOSA MANDATA SINE ULLA DUBITATIONE COMMITTUNTUR. VIM PLUS QUAM HUMANAM EX POTIONE MAGICA PANORAMIGIS DRUIDAE TRAHIT...

OBELIX INSEPARABILIS ASTERIGIS AMICUS EST. MUNUS EIUS EST INGENTES CIPPOS COMPORTARE, VALDE AMAT CARNEM APRORUM. OBELIX SEMPER PARATUS EST OMNIA EX MANIBUS DEMITTERE, UT ASTERIGEM AD NOVUM PERICULUM SUBEUNDUM SEQUATUR, DUMMODO APRI ET ACERRIMAE RIXAE APPAREANT.



PANORAMIX, VENERABILIS VICI DRUIDA, VISCA SECAT POTIONESQUE MAGICAS MISCET. IMPRIMIS POTIO QUAEDAM, QUAE VIRES INCREDIBILES TRIBUIT, POPULARISSIMA EST ATQUE GRATISSIMA VICANIS. AT PANORAMIGI ETIAM ALIORUM POTUUM PRAECEPTA SUNT...





CANTORIX BARDUS EST. IUDICIA DE EIUS INDOLE DIVERSA SUNT: IPSE SE INGENIOSUM IUDICAT, OMNES CETERI CANTUS EIUS INCREDIBILES ESSE SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, SODALIS HILARIS ATQUE ALACER EST, AB OMNIBUS MAGNI AESTIMATUS...

MAIESTIX POSTREMO PRINCEPS CIVITATIS EST. AUGUSTUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSUS HOMO REI MILITARIS PERITISSIMUS A SUIS COLITUR, TIMETUR AUTEM AB HOSTIBUS. MAIESTIX NIHIL TIMET NISI HOC UNUM: NE CAELUM IN CAPUT CADAT. AT UT IPSE DICIT: „NONDUM OMNIUM DIERUM SOL OCCIDIT."


In castris Parviboni legionarii vitam tranquillam et placidam degunt...
?!
zzzz
sed...
o C.Penicille! vir quidam summa auctoritate Roma ex urbe venit, ut tecum loquatur...
quid?
ave! sum L. Incompetentus, sum legatus pro praefecto, a Caesare ipso mandatum habeo specialissimum.
ave!
gr... gratus mihi venis... ut Caesar valet?
ira inflammatus est, per Iovem! qua de causa huc veni! tota Gallia pacata est praeter viculum in vestra regione situm, quod Caesari adhuc resistit!
qu... quid ergo?
ergo me imperante viculum aggrediemur atque in ordinem cogemus!
at... at illi vicani ferocissimi sunt, viribus magicis confirmati!
attattat! fabulae! tuos ad arma conclama!
legionarii! viculum Gallorum pilis strictis* funditus evertemus!
viculum Gallorum?
*neglexit illud: pilum tene, verba sequentur.
paulo post...
VALETVDINARIVM
num recusatis in armis esse?
in morbo esse praeferimus...


etiam vicani vitam tranquillam et placidam degunt... nimis tranquillam nonnullis...
dic, Asterix: Romani nos noniam oppugnant... forsitan nobis stomachentur?
aliud cura... reliquis cippis traditis venatum eamus.
paulo post in silva...
an litteras ad Romanos mittamus?
scribere possimus nos...
sile!
pueri ignavi! num me docere vultis istam exiguam manum Gallorum nobis resistere posse?!!!
vocem supprime o Incompetente, aut totam manum excitabis!
ecce Romani!
exsulto!
veni mecum, ut ceteros certiores faciamus!
cur ita? nos duo rem expedire possumus; toto orbi molestiam afferamus non oportet...
Obelix, semper tuo commodo servis! ceteros quoque se Romanis delectare licet!
age, eamus!
semper idem est! aequum non est et iterum: aequum non est... si delectari volunt, Romanos ipsi quaerant necesse est.
POC!
et paulo post...
eho! nolite urgere a tergo!
nolite ordinem turbare! unus quisque Romanos suos accipiet...
tantum tres cuique vel summum quattuor suppetunt. nonne mihi offers tuos Asterix?
agite! quid expectatis? procurrite, milites, procurrite!
mamma!


Galli et Romani totam silvam subito et ingenti tumultu implent...
RACC
TUX
TAX
pro Juppiter
CRAACC
pro Teutates
pro dolor!
BOONG
RACC
affirmo tibi: meus est Armamix!
immo meus est, mi domine! iam quintum verberas! diligentissime numeravi!
desinite certare, fugae se mandat!
?!?
remanete, quaeso, remanete!!!
etiam mihi a vobis tractato licet discedere?
legionarii Parvibonum reverterunt...
VALETVDINARIVM
invalidissimi huc revertamur non oportuit!
te praemonui, o Incompitente
qummmnunnnc! mmmnncquuum!
quae cum ita sint, aliud faciendumst. cum vinci non possint, commeatu intercludendi sunt!
paulo post...
exegi monumentum aere perennius!
facile dictu!
CRAAAC!


o Maiestix, caput nostrum! Romani vallo viculum commeatu interclusuri sunt!
quorsum haec? aspiciendumst...
delirant isti Romani!
quod tam maligni estis, vos, per Minervam, in viculo vestro includo, ut noniam exire possitis belli inferendi causa!
tantum quae terra viculi vestri feret, alemini atque omnes homines obliviscentur vestri.
vir Romane! Gallia omnis nobis patriast atque ibimus, quocumque volemus!
tecum sponsionem faciam: palos legionari-osque tuos neglegentes viculumque relinquentes iter per Galliam omnem faciemus...
... et cibos, quos quaeque regio Galliae, maxime appetit, apportabi-mus cenaque, ad quem te invitabimus, documento erit!
harharhar! hmpffffff!
consentio Gallule! cum viceris, obsidione omissa Romam rever-tar et Caesari cladem confitebor!
Romae, quaeso, salutem nuntia C. Stercuto, sodali meo!
oculos eis adice!
potius dicas: oculum!


hoc itinere utemur...
Asterix, accipe paulum potionis magicae, qua tibi in itinere tam longo et periculoso opus erit.
gratias ago, o Panoramix Druida!
an cippum mecum ducam, Asterix? fortasse aliqui proderit.
minime vero! te magnum saccum ferre malo, quem cibis delicatissimis in itinere collectis impleamus.
suadeo, o Maiestix, ut vobis a meridie aggredientibus nos a septentrione erumpamus.
factum puta, Asterix!
eamus Obelix, mi amice!
tu i primus, o mi Asterix!
id initium est profectionis per Galliam...
brevem cantiuncu-lam...
nullo modo! nullo modo! nullo modo!
agite! restat, ut Romanos a meridie aggrediamur.
postquam breve momentum pugnatumst...
satis! satis! satis!
factumst! revertamur in vicum; amici nostri a septentrione vallum perruperunt. sero iam est.
TUX!
TAX!
RAM!
vallum septentrionale perforatumst. specie modo nos a meridie aggressi sunt!
specie dicis? satin salvus es???


Galli, dum alii nos a meridie aggrediuntur, alii stationibus hic oppressis eruperunt.
quinam Galli eruperint, scire velim!
fer arma Romana – dicebant; stipendium ingens merebis – dicebant!
neminem alium fuisse nisi Asterigem et Obeligem mihi persuasum est. semper aliquid novi excogitant, ut nos ludibrio habeant; praeterea Asterix te provocavit...
longius effugere non poterunt! totam Galliam ad arma vocari iubeo! statim equitem cum nuntio dimitte!
si Asterix sponsionem vincet, risum Gallorum movebimus...
interea...
dum ad arma convocaverint, forte Rotomagi* erimus.
*hodie: Rouen appellatum.
unde navi Lutetiam vehemur, primam stationem.
ecce! eques Romanus!
post longum iter...
haecne via fert Rotomagum?
nescio an...
estne longum iter?
nescio an non...
Rotomago appropinquare videmur...
ROTOMAGVS


CONSISTITE!
?!?
ecce alterum pusillum, alterum crassum! proscripti quidem sunt!
capite eos!
num tu crassum vides?
iam ad arma conclamati sunt! ille eques Romanus nuntius fuit!
consistite Caesare imperante!
quomodo eos in hoc labyrintho reperiamus?
vidistine duo viros hic praeterisse?
neque dico praeterisse neque dico non praeterisse.
accidisse potest, etiam non accidisse potest.
?
nescio an...
fieri potest, ut...
nihil est, quin fieri possit...
etiamne te Romani interrogaverunt?
esse potest...
et quid nunc faciendumst, Asterix?
en aspice!


ad hanc navem natemus, Obelix, quae Lutetiam vehitur!
nonne est rarissimum velis passis Lutetiam navigare, voluptas mea?
sane quidem, o Dulcicule!
licetne?
descendite ilico! hac navi conducta festum diem nuptiarum anniversarium celebramus. convectoribus omnino non opus est!
sine illos pauperes, ocule mi!
fac sis magno animo, Romane, ut Romana tua!
piget me nos tam tarde navigare... habesne remos?
scilicet non, quia velum habeo.
audi, Asterix: ego quidem naviculam promovebo, tu autem gubernabis.
laudo, Obelix! hoc tandem est consilium prudens, sanum quodque effici potest!
STUP
oo-miii-tte! hic modus navigandi non delectat!
tot lintres automobiles fugant pisces, malum!



desine, Obelix, iam Lutetiae sumus!
nonne fatigatus es?
minime vero! propellendo recreatus sum!
Lutetiae nemo nos irritabit, Romani nos in hoc tanto tumultu non reperient...
idem tumultus est atque nostro priore adventu*.
age provehere, cochlea!
fac, quod dicit: provehere!
etiamne dicere potes, quo vehar, papa?
iam biduum eodem loco haereo!
heus sodales! homo novus advenit!
*vide tomum Falx Aurea inscriptum!
ille nodum solvit: mini-currui ubique spatium est!
age, perna nobis emendast. totus orbis pernam Parisiacam magni aestimant!
TABERNA MA ARIA
totam pernam volo concisam in orbiculos modice tenues!
avehere tandem carrum, carnifex! nonne vides te omnes morari?
quid vis, furcifer? nonne vides me carrum exonerare? mihi laborandumst!
hahae, custodes veniunt! audiamus, quid dicant!
custodes! evolandumst!


aliquo vehiculo opus est, quo proximam stationem capiamus.
VEHICVLA VILIA
salvete domini! video vos vehiculum quaerere... offero vobis rarissimam occasionem negotii bene gerendi...
ecce currum paene novum! erat matronae cuiusdam, quae vix aut potius numquam eo usast. animos attendite ad nitidam pellem! ad capsum! ad rotas! omnia auro fulgent! miraculum singulare!
bene, periculum in mora est. cedo miraculum!
neque vos paenitebit...
et Lutetia relicta...
pluere incipit!
equus pulcher est, sed it tardius...
equus noster colorem mutat!
ecce rotam!
PLASS!
HAMVS
credo, mi Asterix, nos omni fraude deceptos esse.
sed Fortunae rota volvitur: currus tractorius appropinquat!



eia, vos Galli estis ab omnibus meis popularibus indagati! custodes nos certiores fe...
!
SERVITIUM TRACTORIVM HAMYS
TUX!
utamur eius curru eique nostrum concedamus.
certe, trahamus nosmetipsos!
quae est proxima statio?
SERVITIUM TRACTORIVM HAMYS
Camaracum*... iter fiet periculosius, ubique iam expectamur.
*hodie: Cambrai
qui est cibus delicatus Camaraci?
belua!
o, ego equidem polite quaesivi at is...
volui dicere **bellaria**, belle Obelix, quae iucundissime sapere brevi senties.
bellaria? bellane Camaracenses amant?
BELLARIA CAMARACENSIA
eamus intro, Obelix!
HIC OFFERUNTUR BELLARIA SINCERA
quid optatis, domini?
volumus bella...
iam vobis inferimus, Galli!


edepol profecto vos habeo, Galli! praemium magnum erit!
tantum vidisti nos, Quintili, nondum habes! prende igitur nos!
multa bellaria iste bellus homo accipiet.
TUX! TAX!
BIONG!
CACC!
nos apud te excusamus, quod tabernam tuam turbavimus!
desinite vos excusare, nobis Gallis conspirandumst, certiores facti sumus de sponsione vestra.
vadite feliciter et quidem celerrime! legionarios quam diu possum hic morabor...
bene ambulate!
gratias ago pro bellaribus! valete!
BAMM!
trado te qui... trado te quieti, o mi Qui... o mi Quintili dadada dadada
CING! CONG!
vae! hostes iter obsaepiunt!
o sancta simplicitas! iamne adestis?!!
?!?


dum persequimur duo Gallos proscriptos, saxa viae mihi – malum – rotam abruperunt. commilito cum equis vos arcessitum avectus est...
nos... ah, teneo!... sane quidem!
num tu vis currum Romani nos indagantis detrahere?
certe volo! ignorat nos eiusque auxilio sine mora per Romanos transi-re possumus!
currum tuum conscende! es sine cura! commilito tuus dixit, ne reditum eius expectares.
si sciret nos illos prosciptos esse!
ah? sit ita!
hmgmhmbmfffmfff!
Obelix, risum tene aut omnia destrues!
STATE!
sine nos perge-re, Telephone, illi currum meum detrahunt.
babae! te non videram, excus...bene, transite!
MBFFFFFF!
sustine et abstine, Obelix!
HAHAEHAHAEHAHAE! HOHOHOHOHOHO! HAHAEHAHAEHAHAEHAHAE!
eiii! equos retardate! quo me vehitis?
CLACC
clamor eius horribilis auditu!
est ita, ut dicis, moram nobis affert!
noooolliiite! nolite! refigere!
CLICC
vos recuperabo Galli! vos recuperabo!
apparet pro-xima statio itineris: Durocortorum*.
*hodie: Reims
ibi vinum ememus, an non?
gratulor tibi, o Obelix, de tua sagacitate!
VINA OFFERT DUROCORTORUM VISITATE NOSTRAS APOTHEC
POSCITE AMPHORAM



currum eo loco collocemus, quod notabilior est.
nos Durocortori non diu versari praestat... Romani nos subsequuntur...
saptine bene vinum tuum?
libetne iocari? hoc est optimum omnium vinorum totius orbis terrarum! est spumosum maximasque ad res celebrandas aptissimum... e.g. ad triremes baptizandas...
praefertisne austerum? an asperum? an suave? an dulce?
?!?
?!?
cum decernere non possitis, suadeo vos cuiusque generis amphoram sumere.
pactumst!
VINA
cavete cortices! facile exsiliunt – cum crepitu.
?!?
hahae! iam teneo vos, Galli! nam cognosco vos! pilum meum in sternum vestrum infigam!
cedo amphoram!
asperine vini?
asperi!
PLOP!
SSIP
TACC!
asperi...




nobis vias vitantibus iter per agros faciendumst, Obelix!
paulo post...
Asterix, fame morior – tot cibis delicatissimis gravatus...
manum de sacco, Obelix! saccus nobis intactus in vicum nostrum perferendus est!
heus Asterix! odorem apri assi naribus haurio!
SNIF! SNIF!
?!?
oritur autem ex ea parte!
interdum summa admiratione afficior narium tuarum sagacium, pro Teutates!
SNIF! SNIF!
Obelix! nos aliquas radices mordere praestat...
apri radices, nosmet ipsi apros mordemus! suum cuique!
ostium pulsabo!
Obelix! neeeee pulsaveris!
iterum, iterumque te monui, ne pulses ostia, fores, portas, ianuas, valvas etc.!
oblitus sum...
quid novi?
bene factum! fortuna mihi duo Gallos a Romanis proscriptos adduxit! alterum pusillum, alterum crassum saccarium!
nos interrogamus, num te interrogare nobis liceat, num cenulam nobis parare velis...multos nummos accipies!
intrate quaeso! invito vos ad me! ego Denuntiatix semper maximo gaudio afficior, cum patriae amantes adiuvare possum.
vereor, ne hospitio tuo immodice abutamur...
ego quidem eo paululum abutar...
edant, dum maneant! Romani me pro his impensis amplissimo praemio afficient!
aaah! apparatissime cenatus nunc paulisper conquiescam!
bene facite! post cenam quiesces seu passus mille meabis, at mihi aliquo eundumst...




nonne tu quoque requiescis, Obelix?
nolo! loca vicina pervagabor apri captandi causa... vacuus venter crepitat...
interea...
homo nefarius sum, at gravis causa me impellit: pecunia!
sta, Galle! quem quaeris, Galle?
fac introducas me ad praefectum!
venio ut duo Gallos a te indagatos tibi prodam, invenies in casa mea!
si verum dicis, ducentos sestertios accipies, sin autem mentiris, ducenta verbera!
moriar, si huius rei me mendacem inveneris. est denique mihi reliquum pudoris!
movete, legionarii! nunc laborandumst. omnia vincit labor!
paulo post...
intus in casa sunt, ego foris me occultabo, ne vos laborantes impediam.
Denuntiatix, es homo improbi animi, sed felicis mentis!
deinde...
?!
mane immobilis, Galle, aut morieris!!!
ne tempus quidem fuit potionem gustandi!
cape centum sestertios praemium, Denuntiatix!
centumne? at promisisti mihi nummos ducentos!
scilicet pro duobus viris, sed nos unum modo invenimus.
u...unum m...modo?


aufugiendumst, priusquam alter redierit!
heus tu, Asterix! reverti!
!!!
en aspice, quae invenerim, Asterix! si vis, particulum accipies.
sed... ubi est Asterix?
e... ego equidem nescio. amicus tuus abiit, excessit, evasit, erupit. retinere non potui...
at Asterix numquam, antea sine me profectus est! ubi est?
paaarce mihi! omnia ab ovo narrabo!
pe... pessimus furunculus sum, libris sordidis corruptus. Asterigem Romanis vendidi, qui eum in stationem proximam abstraxerunt...
quid est nomen stationis?
Divo – durum.
durumne? est autem multo durius pro amico meo, quod fecisti! age, cedo nomen stationis!
hoc est nomen: Divodurum*, quod ad orientem vergit.
*hodie: Metz
nunquam iam populares prodam. est quidem lucrosum, sed periculosius...
...et insuper – phu – turpissimumst.


Di-vo-du-rum, id est nomen stationis, quod Denuntiatix dixit...
DIVODVRVM
dubium non est, quin Asterix in carcerem inclusus sit. itaque egomet ipse in carcerem includar necesse est, ut Asterigem reperiam quam celerrime.
ubi primum legionarius accesserit, manu paululum – tip! – pulsabo, ut me – iupp! – in vincula coniciat. ...oh, egregius quidam accedit...
TAX!
quid nunc? fac me vincias atque in carcerem includas!
ehooo! mittite me in vincula! legionarium quendam ad terram afflixi!
propera! nisi legionarium relinques teque occultabis, Romani te comprendent!
immo Romani me comprendant, quod carcerem quaero!
age, teneo. carcerem invenies in tertia via ad dextram!
salve!
accipe istum tuum a me conflictum! utrum licet intrare, an numerus clausus est?
?!??
Obelix!
teneo te, Asterix! difficilius fuit te reperire! nunciam eundumst!



praebe mihi ampullam potionis magicae cingulo meo affixam!
esto!
RUMP
GLUT! GLUT!
TINNIT!
sine ullo dubio haec potio bene vēniret.
age, sequere me!
abstine manus a porta!
ista quidem vis est!
contra ius est!
CRACC!
nolite facere...
quae est causa tanti tumultus?
¡UPPP!
vah! saccum in carcere reliqui. mihi reverten-dumst, ut arcessam!
mens parva in corpore magno! fer pedem, Obelix!
CAPP
cavete! crassus revertitur!
paaaarce portae!
OIEI!
CRACC
ne quid nimis!
ecce saccum atque me!
sero iam est emere cibos delicatissimos. quod Lugduni*, in statione proxima, fiat.
*hodie: Lyon
abestne longe Lugdunum?
longe! vehiculo opus est!
DEVERSORIVM
AD CVRSVM PVBLICVM


aspice illuc, Obelix!
move te ocius! equos muta! litterae publicae Lugdunum mihi quam celerrime deferendae sunt!
AD CVRSVM PVBLICVM
occasione utendumst! cito ascende!
porro, caballi!
CLAC!
eho, qui estis?
paciscamur, ut...
tria capita, duae sententiae: subito cedite ex hoc extremo loco carri!
fiebat voluntas eius.
habesne id pro certo?
ego equidem pro certo habeo: adhuc sub iudice lis est!
dum haec geruntur, Lugduni praefectus ministros imperii convocat...
duo Gallos dissidentes Galliam percurrere certior factus sum...mihi persuasumst eos a vobis Lugduni captatum iri.
captabimus scilicet, o Bombomachides!


AESAR
praefectus Bomobmachides duo Gallos exspectat, quos captatum atque clausum iri iussit.
tu revertere in domum praefectoriam, nos insidiabimur.
interea...
carro hic collocato iter pedibus pergamus, quod providentia utendumst.
LVGDVNVM
vix eum relinquere possum, quod devinctus me devincit.
desine devinciri, non dubito, quin aliquis eum vinculis solvat.
oppidum bene custoditur, legionarii omnes aditus praeclusos habent.
fortasse aliquem exspectant?
sic itur ad cuppedia!
spero vos scire, quanti constet perrumpere per praeclusionem Romanam?!!
ad arma! ad arma!
in angustiis sumus!
rectius diceres: sunt!
ssst, quaeso! huc venite!
?!



Pulchrix sum, clandestinus oppidi princeps, vos populares estis, sponsionem vestram cognovimus. vobis aderimus Romanos miscentes ac turbantes...
quomodo id fiet?
Lugdunum copia angiportarum labyrintho consimilis est, in quo Romani militare cunctantur. cunctatores in labyrinthum illiciemus.
exspectate me hic!
quid vis, Galle?
praefectum videre volo, ut nuntium maximi momenti ei afferam.
scis igitur, ubi sint illi duo Galli proscripti? laudo! omne urbis praesidium eodem duces!
paulo post...
Gallis captis amplissimum praemium a Caesare accipiam!
?!
ohe, festina lente!
per Vulcanum ubi es, Galle?
hic!
?!?
hic!
hic!
hic!
hic!
hic!


nos in errorem induxerunt... revertamur ad initium errandi!
paulo post...
heus! Confuse, tune es ibi?
immo vero hic sum!
atqui nescio, ubi sim!
quo loco labyrinthus incipit...
Galli mali fures, me illudere volunt, labyrinthum intrabo meos quaerendi causa.
memini illud QVIDQVID AGIS, PRUDENTER AGAS ET RESPICE FINEM! – lapillos iaciens.*
*hanc rationem lapidandi multis post annis celeber fabulator quidam renovavit, quod demonstrat bene inventa saepe plagiata esse.
heus, praesidium! ubi estis?
in contraria parte oppidi...
Romanis totum diem quaerendumst, ubi exeant... iter curru parato pergere potestis!
at primum...
nobis cibi delicatissimi Lugdunenses emendi sunt!
etiam cibi parati sunt: accipite botellos et globulos carneos!
quomodo gratias agamus?
sponsionem vincentes, amicissimi!
heus! ubi estis?
ecce praefectus Bombomachides! tibine sunt isti lapilli, quos in itinere collegi?
o quae turbatio viarum, decurio! per deum fidem, fac me educas!
ne me enervaveris!


nunc laxatis habenis Nicaeam*, in proximam stationem, invehamur!
CLAC
*hodie: Nice
via Romana VII est, strata directa utimur...
VR
VII
?!?
urge igitur, malum!
macte sapientia! qui possum, papa?
si id novissem...
si! si avis essem atque alas duas haberem, ad te volarem...
beatus ille homo, qui sedet in sua domo...
STATIO
BF
PVBLICA
BOARIVM FRVMENTVM
MILLE PASSVS
quid hoc sibi vult?
de luna descendisse videmini! nonne scitis feriarum tempore omnes homines mare petere, ut recreentur?
descende, si tibi animus virilis est!
belli peritissimus sum, stipendia merui Gergoviae, domine!!!
mirum in modum se recreant!
delirant Parisii!
ecce tabernam! descendamus, ut paulum cibi paulumque quietis capiamus!
pulchre suades!
aprum mandavi, tamen caruncularn vitulinam attulisti!
aprina defecit. ceterum si quid vobis displicet, licet exire. sunt enim multi considendi cupidi, quibus omnia placent.
olivae denique finem itineris molesti indicant...
mente capti sunt Parisii!
oiei, pennas galeae mihi incidit, ille furcifer!
immo diligentius tibi observandae sunt, papa!
24



iam advenimus Obelix! descendamus!
NICAE
o quae pulcherima gestatio praeter mare ferens! qui appellatur?
AMBVLATIO BRITANNORVM! fer pedem! cibos huius oppidi specialissimos emere properemus...
da nobis, quaeso, amphoram lactucae plenam, quam nobiscum ferre possimus!
NIV-B XXVII
sapitne bene lactuca Nicaeensis?
immo optime! proficiscamur Massiliam*, in proximam stationem!
*hodie: Marseille
illic eunt! exiguus quidam atque monstrum crassum!
!?!
nullo modo, minime, nequaquam crassus sum, fortasse paulo gravior, sed nego me crassum esse!
noli disputare, nobis aufugiendumst, Obelix!
retinendi sunt!
MONSTRVM CRASSVM clamitavit! quae clamare inepti est!
ne omnia calcaveritis, dromedae!
nos omnes pinsant pistrinarii!
etiam feriarum tempore mercedem accipiunt. arrogantissimos se praestant.
num indignaris eos mercedem accipere per ferias?
cave, ne saccus victualibus plenus madefiat!
euan, iuvat madefieri!
quin tenetis eos!!!



opportune se nobis offert!
omittite, omittite, aut naviculam evertetis, quam mihi soli et uni conductam habeo!
in altum provehimur! incauti estis! quonam tenditis?
Massiliam!
neque monstrum neque crassus sum, potius corpore vigens!
me invito Massiliam remigatis! magno labore hospitium assecutus sum, ubi mensa ter in die apponitur. ne unam quidem cenam praetermittam et...
vehimur Massiliam! desine tandem vana surdis auribus canere!!!
ego totus lacertosus neque vero pinguis sum!
cum diu navigavissent, amici nostri denique naviculam Massiliam appellunt...
magnas gratias ago pro navicula permissa!
bombax! nonnumquam mira quidem dicis!
heus tu! quo navigas?
Nicaeam revertar! ne unam quidem cenam in hospitio meo appositam praetermittam.
Nicaeamne? transmarinam? brevi mare ab imo vertet boreas vehementior quam Vesuvius erumpens! deliras, annon?
numquam post ferias ad mare nostrum agam!
plane delirant Parisii!



TABERNA NAVTARVM
MAGISTER NAVGIS
intro eamus, ut nos reficiamus et certa quaedam comperiamus.
o Caesar, optaris!
Caesarne?!
bono este animo! non Caesar Iulius, immo vero Caesar Rebellix sum, caupo huius tabernae.
gaudeo... velim nobis aliquid compares... libet nobis sorbitionem piscariam portabilem emere...
sorbitionemne?
heus Rosina! praepara piscariam sorbitionem portabilem!
sumitisne anisatum?
benigne! malimus lac caprinum...
... et, amabo te, aprinam...
lacne caprinum et aprinam? ... attattatae! vos estis duo Galli a Romanis delirantibus ubique indagati?
sumus!
mihi et Massilae exoptati venitis, boni viri! vobis lac, nobis anisatum gratis ministrabo!
ego equidem abnuo...
cum gratis pocula infundo, bibendumst, mi domine, etiam tibi, qui advena Lugduno venis, mi domine!
27



*Francogalli hoc ludo, quem „Boule“ nominant, etiam ad hunc diem delectantur.


hortare pedes, Obelix! quam celerrime Tolosae* esse volo!
iam nox imminet.
*hodie: Toulouse
nonne praedixi? nil iam videmus.
age, hic dormiamus, Obelix. cras mane iter pergemus.
molliter cubes, mi Obelix!
molliter cubes, mi Asterix
TARA TANTARA
??
novine tirones sunt?!
immo illi duo Galli!!!
mediis in castris Romanorum obdormivimus!
carpe diem!
?
cellerrime comprendite! adducemus eos Tolosam ad praefectum Impotentem!
permulti sunt! paulum potionis sumo...
iam incipio Asterix...
comprendite EOOOooos...
TAX!
punctum temporis post tubae signum...
paulisper nobis expectandumst, dum appellari possint.
dic mihi, Obelix: nonne Romanus quidam se nos Tolosam ducturum modo affirmavit? hoc bene dictumst! ducant sane nos eodem Romani!


iste Tolosam commemoravit... **fac expergiscaris!!!**
aquam allatum eo, ut vitam illis miserrimis reddam.
expergiscere tandem!
nolo, nolo! me expergisci vultis, ut me iterum affligatis. nolo!
dedimus nos! crede mihi: dedimus nos!
verumne est, quod dicis? bonane fide?
bona fide! ... per breve tempus quidem...
gloria! victoria! legionarii! comprendite illos duo viros!
mane paulisper! prius e somno excitandi sunt.
QUASS!
bombax, homines! ergo vos legionariis Romanis inferiores esse conceditis! etiam iste crassus!
quisnam crassus est?
aequo animo es aut consilium corrumpes!
in catenas conicite!
coniciam, centurio, ave!
omnino non crassus sum!
CLING! CLANG! CLONG!
nunc alterius sunt partes.
move te ocius quaeso!
verum est: non emaciatus sum!
POC POC POC
ubinam malleus est?
RACC!
?!?!
eccum!


gr... gra...
gratia tibi est!
iuvat me!
fi... finitumst!
bene! fac quam celerrime amicum meum catenis vincias, ne tempus teramus!
CLING
CLANG
CLONG
RACC
desine tremere! tremens me numquam vincies!
nisi te adiuvabo, in aeternum hic manebimus!
?!?
hoc noniam perfero!!!
paulo post...
et mandatum exhaustumst et ego exhaustus sum, centurio!
ei mihi! saccum cibis delicatissimis confertum illic reliquimus!
mane hic, Asterix! arcessitum eo.
CRACC
uluuuul!
animum recipe. solutos plaustro imponemus.
nonne praedixi! Tolosam pervenimus mirum in modum, quia captivi plaustro vehimur, cum Romanis pedibus iter faciendum sit!
delirant isti Romani!
cum diu alteri pedibus issent alteri vecti essent...
Tolosa in conspectu est. hic me redeuntem expectate! praefectum de adventu nostro certiorem faciam.


mihi huius praeclari facinoris causa sine ulla dubitatione Romae scribae ministerium dabitur.
TOLOSA
cupio cum praefecto loqui et quidem celerrime!
agedum ergo, centurio; quid novi?
immo nova res magni momenti, o praefecte Impotens, te exspectat; sequere me ad extremum oppidi!
brevi deinde...
cupidus sum rerum novarum, praeterea libet mihi corpus paulum exercere.
assumus; novitate rei permotus eris!
PER IOVEM!
captivine? ubinam captivi sunt?
num ea tua novitas est? turba militum afflictorum? nihil novi!
haud multo post profectionem tuam avecti sunt... se Tolosam non venisse praefecti visendi, sed farciminis emendi causa dixerunt.
praefectine? farciminisne? quid hoc sibi vult?
nihil verbi addam! obliviscere omnia!
ulul!
interea amici nostri Tolosam relinquunt...
Tolosa amoenast... sapitne farcimen?
SNIF!
SNIF!
super! super omnia, Obelix!


Romani ira incensi tota Gallia heroes nostros praemandatis requirunt magno praemio proposito...
I SESTERTIVM ACCIPIET, QVI CAPTAVERIT
ASTERIGEM ET OBELIGEM DVO PERICVLOSOS GALLOS
et Agini...*
plane viri sunt!
speciem praebent non divinam, tamen gravitatis!
I SESTERTIVM ACCIPIET, QVI CAPTAVERIT
ASTERIGEM ET OBELIGEM DVO PERICVLOSOS GALLOS
consilium Galliae percurrendae ingeniosum est. fortasse Agini morabuntur!
certe morabuntur, ut pruna emant. Tolosae iam fuerunt.
*hodie: Agen
in tractatoria ducis praesidii Romani...
cum duo Galli validissimi sint, suadeo tibi, ut dolo capias.
primum soporem cenae eorum addam, deinde cenati obdormient, tum somno oppressos e taberna mea abduces.
non quidem meus est mos, tamen consentio, Sputatilix.
attat! non cunctandumst! obviam eis eam!
accedunt! accedunt!
Asterix et Obelix Galliam percurrentes magis magisque ad caelum tolluntur...
EUGE!
ut comes sint, tamen multum periculi inferunt nobis...
PERGITE!
amici! here os! ad me venientes summo honore me afficietis. invito vos, ut in tabernam meam devertamini...
?!?
Sputatiligem me vocant; pruna et apros apponam!
cave insidias, Obelix! semel iam decepti sumus.
apros!... eamus, Asterix!


TABERN
TATILIX
assumus. intrate, quaeso!
cave omnia, Obelix!
nimis suspiciosus es, Asterix.
accipite dono sacculum praeclaris huius oppidi prunis plenum! vos assidite, dum ego aprinam apponam!
gratias ago!
SNIF! SNIF!
haec est alterius pars!
bombax! hic aper totam cohortem soporare potest...
CVLINA
attende, Obelix!
CVLINA
post cenam! esurio!
tune nihil edis?
tu ede prior!
MIAM! SCRACC! GLUT!
a... appetentia mihi non est!
fac edas!
MIAM! SCRACC! SCROCC!
BAM
MIAM! SCRACC! SCROCC! GLUT!
recte igitur suspicatus sum!
SCROCC!
PLOP
quid est? medio die humi iacens dormit!?
atque tu non fatigatus es, Obelix?
CRRRR! PSSSS!
non fatigatus, sed apri avidus sum... aper saporem in ore reliquit, qui quemvis ab inferis excitat!
?!



mirum! rebus sic stantibus dormire potest!
hinc aufugiendumst! Romani cauponem nostrum e somno excitabunt!
CRRRRI
PSSSS!
liberi a carro mobiliores sumus... da mihi saccum, cum equus pondus et tuum et sacci ferre non possit!
pondusne meum? quid ad pondus meum?
gravior es, pondus tuum gravius est pro equo. da mihi saccum et desine stomachari!
Asterix princeps semper imperat! Asterix princeps imperator est! Asterix princeps semper vincit!
recuso! cum equus et saccum et me ferre noniam poterit, ego ipse equum feram!
diu tacent...
nonne praedixi?
?
VLAP
OUF!
minime vero Asterix princeps praedixit, sed equus longo itinere defessus collapsus est!
pertinax es, Obelix, attamen recte dicis. post iter tam longum dormitum eamus!
media nocte...
en viatores! quos spoliemus!
dictum factum!
CRRRR!
CRRRR!
PSSSS!



gsssst! ciciceri! cicicero!
hmmmmne?
CICICERO!
expergiscere, Obelix! satis dormitumst!
mane paulum modo!
age, Asterix, saccum mihi redde, quem occultavisti! equus meus nunc recreatus est!
saccumne? ne digito quidem tetigi!!!
hic eum collocavi!
nos sacco cibario privatos esse apparet!
sacco carentes Galliam frustra percurrimus, ergo nobis reperiendus est! fures sacco impediti non longe absunt! in equos!
iupp!
semper idem! iste mihi in aeternum ferendus est!
nunc tandem actumst de vobis, Galli!!!
Obelix! quam cellerime nos abdamus!
erras. neque Asterix neque Obelix sumus, sed latrones, attamen viri vere Romani. nomina sunt nobis Sinus et Cosinus!
risum mihi movetis, pro Saturnum! descriptioni Gallorum proscriptorum simillimi estis: alter exiguus est, alter monstrum crassum saccum ferens!
ego monstrum nunc sanguinem illius Romani hauriam!
sed tu omnia monstra facis, Obelix! sequamur eos parvo spatio interiecto!
36


incolae Burdigalae* duo Gallos captos esse iam sciunt...
o miseros populares!
paene omnem Galliam percurrerunt – frustra!
velim eos adiuvemus!
malum Romanis!
*hodie: Bordeaux
DVO GALLI ASTERIX ET OBELIX, QVI ROMAM PROVOCARE AVSI SVNT, BVRDIGALAE IN FORO AD PALVM IN ALIORVM EXEMPLVM ALLIGABVNTVR; ORATIONEM HABEBIT C. GLORIOSVS PRAESIDII DVX.
... et hic saccus cibarius ad oculos demonstrat istos Gallos proscriptos frustra ausos esse imperio Romano resistere!
iterum iterumque affirmavimus: ego Sinus...
... et ego Cosinus sum!
vera dicunt illi viri!
?!
reddite nobis saccum et id celerrime, quia festinamus!
ASTERIX ET OBELIX VIVANT!
VOS ADIUVABIMUS! ADIUVEMUS HEROES NOSTROS!
legionarii! comprendite eos!


omnes nos iuvant! Obelix, utere occasione saccum recuperandi!
milites! locum opportune capite! ordines in quincuncem disponite!*
!
RACC!
TAX!
*forum Burdigalense postea ex hac re nominatum est.
saccum teneo, Asterix! velim paulisper maneamus, ut delectemur!
eundumst, quia nemini iam hic usui sumus neque morandumst!
per as...
... pera ad...
... astra!
paene oblitus sum! cibi huius regionis proprii nobis emendi sunt!
amphoram vini albi Burdigalensis et ostreas nobiscum ferre volumus.
quidnam in oppido fit?
CIBI DELICATI BVRDIGALENSES
tumultus nescio qui...
ostreae saporis praecipui sunt, sed apros per totum annum captare possum!
tumultus desiit...
tandem tibi persuasumst nos Gallos proscriptos non esse? num pugna opus erat, ut id intellegeres?
solvite hos viros!
abhorreo a pugnis! abhorreo a Gallis! abhorreo a nescioquo! abhorreo a me ipso!!!


videamus in portu, num navem, qua domum revertamur, inveniamus.
nisi properatis navem exonerare, fures desidiosi, aestu crescente noniam e portu exire potero!
ecce cippi!
esne Armoricanus?
ita est. Aquavix nauarchus Gesocribatensis* sum. ut primum navis exonerata erit, domum revertar.
*hodie: Le Conquet
recipisne nos in navem tuam?
ego cipporum peritissimus navem tuam exonerabo!
iup!
?!?
paulo post...
ecce ultimos!
certe Asterix et Obelix estis... summo honori mihi est vos navem meam ascendere.
gratias ago, nauarche!
et...
FUNEM SOLVITE!
eheu! sex et triginta cippos esse debet! deficit unus quidem. iam redite!
profecto unius oblitus sum. iam redit!
RACC
... XXXV, XXXVI... finis coronat opus...


Romani raro in hac parte maris navigare audent, sed fieri potest, ut in naves piraticas incidamus.
ain tu? postetne fieri?
revera in alia quadam navi...
naufragio novissimo facto longum tempus male, Henrisix, viximus et opus honestum fecimus navis emendae causa... tamen adhuc aes alienum habemus. itaque opus est praeda!
p'aeda a dext'a!
piratae a sinistra!
io! io!
agite, pueri, cavete, ne perturbemini! illa navis nos, malum, non effugiet!
vae... vae nobis! iterum illa monstra marina!
navem vertite! e monstris!! celerrime!
vae cessantibus...
victrix causa diis placuit, sed victa Catoni.
age, age, puer! etiam audi illud: pro superi, quantum mortalia pectora caecae noctis habent...


Gesocribate in conspectu est, amici. abundat triremibus Romanis et legionariis, quia portus militaris est... vobis incognitis navi egrediendumst...
vos de navi exponemus saccis involutos...
non quidem is sum, qui involvatur, tamen concedo ne difficultates tibi afferamus.
navi paulo post ad ripam appulsa...
heu! quam crassus est!
quisnam crassus est?
sst! ego crassus sum! sst!
quid dicis?
m... me crassum esse dixi!
???
insanit! insanit! insanit!
immo enim vero gracilis es!
ita!
manete in saccis, quia multi Romani circumeunt, quorum discessum vobis indicabo!
consentimus, sed prius indicandumst te cum sacco cibario nostro loqui!
gradum sistite! numerum inite!
I
II
III
IV


vos duo! progredimini...
ah! iam multo sudore diffluo!
... huc!
?!
?
nos hinc auferamus, Obelix! noli oblivisci saccum cibarium tecum auferre!
armis me tegite! comprendam eos!
AD AAAARMA! AD AAAARMA!
militibus ad arma convocatis portus Gesocribatensis resonat iussis contrariis...
egredimini navibus!
solvite funem!
eho, omitte funem! in terram exituri sumus!
quid hoc rei est?
frustra quaeris... unum modo constat: aqua haeret.



iter Gallicum brevi confecerimus, probe Obelix!
propius accedimus viculo nostro, probe Asterix!
en aspice, vicus adhuc palis circumclusus est!
mane paulisper! reliquam potionem hauriam!
et nunc perrumpendumst, Obelix
intrare non licet!
saccum tenebo sis, Obelix!
TAX
TUX
VAP
PAM
VAE
benigne, Asterix, sed una manus mihi satis superque est!
optime! nunc vero intrare licet. legitima omnia rite conservavimus.
mane! est mihi aliquis excitandus.
desine me verberare!
TAX
TAX
TAX
L. Incompetento legato nuntium affer nos redisse eumque ad convivium invitare, ut nos iter per Galliam fecisse appareat!
postremo...
minutissimum canticulum movebo...
os tibi obturabo!


quid vesper L. Incompetento ferat, certum est: victus est, quam rem aegerrime fert...
ecce cibi delicati e tota Gallia apportata... perne e Lutetia, bellaria Camaraco, vinum Durocortoro...
farcimina Tolosana, botelli Lugdunenses, lactuca Nicaeensis, sorbitio Massiliensis, vinum et ostreae Burdigalenses...
unus quidem cibus delicatus non appositus est: res specialissima vici nostri!
ita est, ut dicis, Obelix!
o Incompetente, vicus tibi rem suam specialissimam offert...
ban! ban!
?!
?
... colaphum!
VAP
...et omnes vicani solemnibus epulis celebrant amicos nostros felicissime ex itinere Gallico reversos. cibis delicatissimis patriae suae fruuntur... cum Romanus eiusdem patriae stellis frui praeferat...
FINIS



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit.

ISBN 978-3-7704-0055-3

€ 12,70 [D] / € 13,10 [A]

www.asterix.de
http://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de